ciuis dedit aut in deposito posuerit si sibi sublata fuerit aut spoliatus eis fuit aut combusta Vel si mortuum fuit si equus vel pecora fuerint. non debet aliquod dampnum pro eo sustinere si presumit iurare quod absque sua culpa amissum fuit. Si quod vero concessum vel obligatum fuit / hoc indestructum reddere tenetur aut solvere secundum suum valorem. Si vero moritur equus aut pecus infra obligacionem absque illius culpa cui obligatum fuerat. si hoc probaverit Et si iuramentum super prestare presumserit quod sine culpa decessit non solvit. si sua recompensa amittit in qua sibi fuerat obligatus. ~ primam

77 **Qui se extraxerit a destipcione et si solutus**

Qui se extraxerit a destipcione et si solutus dimidiatus fuerit Iudex tamen in eo suam optinet penam Et si sibi Iudex fateri noluerit ipse eum bene deponet per unum qui eciam interfuit Iudicio / quia nec captivus Iudicio comparuit nec proclamatus. Si vero aut ipsum Iudex obiurare imposterum voluerit
~ conare

ipsum in nullo obiurare potest quam ad suam penam / si super eo testes habuerit quod se extra destipcionem obiuravit

Si super virum querulatum fuerit pro debito 75

Si vir conquiritur super alterum pro suo debito cum testibus / hoc bene potest optinere cum viris fidedignis qui in suo iure non possint reprobari / ita tamen si ille se dicat esse innocentem. Si vero respondens dixerit se debitum persolvisse Et alter impedit sibi suum testimonium / hoc bene probare potest cum probis viris melitrig tacto sacramento

De satisfaccione petenda 76

Si super virum conquestum fuerit et satisfaccionem pecierit / alter eam sibi negare non potest / sed eam sibi faciat / si ipsum per sentenciam compulit ad hoc. Si vero aut satisfaccionem fecerit sibi ad suum Ius non nocet nec ille plus lucratur cum satisfaccione qui eam petit / non quod ipsum nullus amicorum suorum impedire amodo non potest pro hac causa Nec satisfaccione facta suam querimoniam meliorare potest